

*Salmoniae? 1560?*

*V. Colvener*

Aelii Antonii Nebrisseni, grāmatici atq; Regii His-  
tioriographi de mensuris repetitio sexta.



Vod ab hīc triennio pollicitus sum uobis  
Patres obseruādi atq; studiosa litterarum  
iuuētus; me traditum disputationē quā  
dam de numeris pōderibus ac mensuris;  
eam ego uobis sum hodie redditurus; &  
quidem ob dilationem tpiis magno fœnore cumulatam.  
**C**oegit me p̄terea illius pollicitationis meę debitū properā  
tius soluere lex illa nostrę academię; quę iubet præcepto  
res; quęq; in sua facultate repetitionē facere iis de rebus  
quas eo ipso anno profiterentur. Cum itaq; superiores  
quinq; repetitiones meæ ad artem grammaticam ptine  
rent; cui tunc præcipue dabamus operam; nunc mutata  
professione; opus quoq; fuit & materiam mutare.  
Cunq; in expositione pliniāna aliquid cotidie incidat de nu  
meris pōderibus & mēsuris; priuatimq; apud Quintilia  
num disputationū sit arithmeticam & geometriā cæterasq;  
mathematicas disciplinas oratori necessariā esse; uisum  
est hoc in loco utrumq; debitum & politici & pfessionis  
meæ una opera dissoluere. Nam cum in autorib⁹ pris  
cis multa cotidie legamus; quæ aut penit⁹ aut magna ex  
parte nobis incognita sunt; quædā tamē exillis ignorasse  
nullū uitæ fuerit dispedium. Atq; e diuerso alia sunt; fine  
quibus multæ res a maioribus nostris ad utilitatē publi  
cam elaboratae ad nos puenire non possunt; quoq; igno  
ratione teneri nō modo calamitosum uect̄ etiā turpe est;

a ii

b14526104

In quo genere sunt tria illa in quibus rex opifex id estque mū  
di arbiter omnia disposuit. Omnia inquit sapientia in me  
sura & numero & pondere dispositi. Sed posteriorib⁹  
hīs duobus in aliud tēpus om̄issis: de mensuris apud uos  
hodie sermonem habiturus sum. ne in triplici genere po  
sitæ sunt: aut enim metiuntur longitudinē tātum. aut lon  
gitudinē latitudinē simul: aut longitudinē latitudinē  
pariterq; & profunditatem. Haec recētiora noīa quēad  
modū uulgo exposita sunt: atq; etiam indoctissimo cuiq;  
obuiā & manifesta: sic antiqua omnib⁹ fere incerta: aut  
paucis admodū explorata sūt. ¶ Si enī legas q; stathmos  
qua nulla est mensura lōgitudinis major: continet schoeno  
rum triū cum dīmīdio interuallum. Schœnos rursus du  
as parasangas: parasanga ite& triginta stadiā: stadiū quo  
q; centū uigintiquinque passus: passus uero qnq; pedes: q  
scire possis quantū quodq; illo& continet spaciū: cū pes  
ipse nihil certi aut definiti habeat? Nam potest fieri ut  
sit alicuius uiri pes: q sit alterius sesquipes. Sed neq; pe  
dis partes possunt nobis ostendere quantus ille sit: puta sc  
mipes: palæstes. digit⁹. uncia: cū om̄is pars aliqua sui  
totius pportionem seruet. Incertiora adhuc illa palmū:  
spithama. cubitū. ulna. status: cū pro hominū pcerā. bre  
ui. aut mediocrī statura uarentur. Itaq; quantacunq; de  
tur quātitas: q sit alia& mensura: semper erit quēadmodū  
dialectici dicunt petitio principiū. ¶ Pari quoq; modo in  
latitudine si quis pcontetur: quantū soli contineat centu  
ria: respondeasq; illi centū agri iugera. Quæratq; rursus  
quātū contineat iuge& & respondeas duos actus qua

dratos. Quæratq; ite& actus quadratus quantū comple  
ctatur: respōdeasq; centū uiginti pedes in unoquoq; late  
re quadrati: cum pedis ut diximus icerta sit mensura: quo  
modo scire possumus qd sit actus quadratus: quid iuge  
rum. quid centuria? In profundaquoq; uasorum capaci  
tate si quis quærat: culleus quantū capiat: respōdeaturq;  
amphoras uiginti. atq; ite& amphora quantū: & respon  
deatur quantū capit figura cubicā habens omnia duode  
cim latera pedalia in octo angulis orthogonaliter coeun  
tia: nihil omagis scire possis quantū capiat culleus & am  
phora. Cū igitur pedis mensura ut idētidem dictū est: in  
genere metiēdo& sit prima: deheatq; e p se nota: si igno  
retur qnanta ea sit: necesse est & quæ sequūtur ignorari.  
Habere aut̄ incognita p cognitis in quocūq; genere disci  
pulie: alte& e duobus uitiis est: quæ Cicero ī officiis pri  
mo scribit summope uitanda esse: in principiis maxime  
quæ debent esse p se nota. Atqui quod alia metiri debet:  
principium est: & per se notum esse oportet. Quid igitur  
restat faciēdum: nt habeamus certā aliquā mensurā: qua  
reliqua mensurabilia metiri possimus? Nimirū ut certa  
pedis longitudo exploretur: quandoquidē in genere men  
surabilii idest minimū: quo ex Aristotelis doctrina alia  
eiusdem generis mensurari debeat. Certa uero pedis mē  
sura posset forsitan in aliis partib⁹ orbis dephendī facilis  
us: ex antiquo& monumētis: puta ex pyramidib⁹ & obe  
liscis que hodie uisunt̄. quo& altitudinē latitudinemq;  
Sed mihi ī hispania duo tantū uidisse contigit. Clariſſi  
mi autores memorie pdiderunt.

Est apud emeritā augustā urbem lusitanīæ quondam clā  
rissimā inter cetera magnitudinēs eius uestigia stadiū  
in cīrcō: ubi ludi cīrcenses celebrabātur: quod sepe meis  
pedibus gressib⁹ passib⁹ dīmensus sum: unde facile  
collegi iūstam indubitatamq; pedis passusq; mensuram.  
Est præterea eiusdem lusitanīæ uia nobilissima: argentea uul  
go dicitur: quam Licinius pontifex primum stravit: de  
inde Traianus cæsar resecit. & deinceps Aelius Pertinax  
aliiq; imperatores restituerunt: id quod ex lapidib⁹ in  
telligitur: quibus millia passuum distinguuntur. Ea per  
ducta est ab emerita augusta per castra cæcilia salmantī  
cam usq;: ubi primum in extima pontis parte incipit eua  
nescere: neque ulterius ullum uīx illius uestigīū cernit.  
Inueniendi autem pedis mensuram ex milliario: hoc est ex  
duorum lapidum interallo huius modi fuit. Cū quod  
q; milliarium millos passus habeat: qui conficiunt pe  
des quīque: accepto fune qui neq; intendi neq; remitti  
posset: tandem mensus sum spaciū duobus lapidib⁹ in  
terceptum: quo ad centum ductus chordæ illius per spa  
cium ductæ conficeret totum illud interuallum: quod in  
ter duo marmora distendebatur. Quinquagesima deīn  
de pars ex fune monstrauit mihi certam pedis mensurā:  
quandoquidem milliarium in quīque mille pedes porri  
gi diximus. Ex emeritensi præterea stadio in centum ui  
ginti quīque passus diuisio: passibus quoq; in pedes qui  
nos distributis prouenit mihi eadem pedis longitudo:  
quam notauī ad usus in sequentes positurus deinde palā  
pro bibliotheca: quæ nunc magnificentissime in gymna

sio nostro salmanticensi extruitur. Ut quoties indubiatū  
uenerit aliquid quod ad rationem cuiuscūq; mensurę per  
tineat: rei certitudo inde petatur: ut possit comprehendē  
que madmodū ait Apostolus: que sit longitudo, latitudo,  
profunditas & sublimitas.

Idq; fecimus Romanorum exemplo qui legitimi pedis lon  
gitudinem per quem reliqua omnia dimetienda erant: in  
capitolio dedicarunt. De quo extat Prisciani grammatici  
non ignobile carmen.

Pes longo spacio summo latoq; notetur.  
Angulus ut par sit: quem claudit linea triplex.  
Quattuor ex quadratis mediū cingatur inane.  
Amphora fit cuius uim ne uiolare liceret:  
Sacrauere ioui tarpeio in monte quirites.

Habita igit̄ certa pedis longitidine facile possumus alias  
longitudinis & latitudinis profunditatib⁹ mensuras ad  
normam reducere: de quarum ratione nō per genera sed  
de singulis per ordinem alphabetariū differem⁹: ut quod  
quisq; requirere uoleat: non necesse habeat totū opus per  
legere: ut ferre possit: quod optat.

Acetabulum ut Plinius libro primo & uigesimo scribit: co  
tinet heminæ quartam partem: quæ dimidium sextarii  
capit. Erit itaq; acetabulum trecentesima octogesima ps  
ob amphore. Dictum acetabulum ab aceto non ab accipien  
do ut Hermolaus barbarus credi uoluit. Erat enim aceta  
bulum uas certe cuiusdam quantitatis in quod acetum  
infundi consuevit: quæ mensura frequenter a Plinio Cel  
so religsq; medicis ponit. A græcis oxybaphus dicitur:

quod Plinius intinctum aceti nonumquam interpretat. Nostris saeculi medici putat esse quartum cui putamen capit. In exodo prouase incerte capacitatibus accipit. Parabis inquit acetabula & phialas. Hebraice dicitur.

Actus duplex est. alius namque dicitur quadratus. alter uero altera parte longior: uterque in superficie mensura. Actus quadratus continet ambitum centum uiginti pedum in unoquoque latero quattuor: ita tam ut anguli qui sunt ex contactu linearum sint recta. Continet autem actus quadratus intra se quadratos pedes quattuor decimam mille quadragesimas. Dictus est actus quod in eo boues agerentur cum aratur uno impetu iusto. Ex Varone. Columela. Plinio.

Actus minimus ut Varro & Columela tradidit: habet latitudinem pedes quattuor longitudinis centum uiginti: ut continet in superficie pedes quadratos quadragesimos octoginta. Actus uero quemadmodum accipiunt iure consulti in servitutibus rusticorum praediorum pedes continet in longitudine quot diximus actus minimus continere: longitudinis uero incertus est terminus: hoc est per agrum modo cui servitus illi est imposita. Actus uero dicitur quod habere in agro alieno: cum habet ius agendi iumenta. Varro de lingua latina. ut quo agebat actus: sic qua uehebant fructus: uide dicta.

Amphora ad cuius inanitatem omnia uasa referuntur siue illa sunt maiora siue illius partes: iam multis disputatum est quomodo constitueret. Nam si longitudine pedis ducatur in longitudinem eadem ducatur in profunditatem: sic tam ut triuim late continetur. efficiat angulos rectos in solidum conficeret amphorae capacitys quae uicies sumpta culleum implet. Completus autem me-

dimus duos. modios tres. sextarios octo & quadraginta. cotylas uero siue heminas nonagesimam sex. Atque amphora attica amplior est aliquanto. Sed nos cum de amphora loquimur: romanam intelligimus.

Artaba mensura aegyptia capit modios tres & modii tertiam partem. hoc est quantum amphora & amplius semodium. de qua Priscianus grammaticus.

Est etiam terris quas aduenia nilus inundat.

Artaba: cui superat modii pars tertia post tres.

Hieronymus in illud Esaie cap. v. Triginta modii semetipsi faciunt modios tres: septuaginta inquit interpretes pro triginta modiis uerterunt artabas sex quae mensura aegyptia est: & facit modios uiginti. quod est prope consentaneum ei quod Priscianus de artaba scribit. Si enim senarius ducatur per ternarium & triente: proueniet summa uiginti modiorum. Est igitur differentia inter nostrum interpretationem & septuaginta: modiorum decem.

As dicitur tam de quantitate discræta quae dicitur multido: quæ de quantitate continua que magnitudo appellatur. Nam & columela in partiendo iugero in duodecim uncias assensum appellat ipsum iugum. continet partes easdem quas dicitur quætitas unciam. dextantem. deuncem. dodratem. bessem. septuncem. semisseu. quincuncem. quadratem. trimentem. Vniciæ partes suo loco dicemus.

Batus quemadmodum in iezeciele cap. xlvi. legimus decima pars cori est: quia decem batim impleretur. In tertio regum uolumen ca. vii. Quadraginta inque batos capiebat luter unus: eratque quattuor cubitorum. & superius dixerat de mari aeneo: quod

capiebat tria milia batorum. Abatis inquit Priscianus: qui  
praest mensuris frumentariis. Potest namque fieri ut eadem  
sit mensura liquidorum & aridorum. Sed ut batus reduca  
tur ad mensuram notiorem: si batus est cori decima pars:  
corus autem idem est quod gomor: qui continet duodecim  
sextarios: erit batus maior sextario quarta sextarii parte.

Atqui sextarius amphore pars est duo de quinquefima.  
Bes: qui ut inquit Varro quondam appellabatur des: dictus  
quasi dempto triente ab asse: postea dictus est bes ut festus  
inquit: quod bis triens sit: continetque uncias octo siue in  
numeris siue in magnitudinibus & mensuris. Nam & de  
uase potorio Martialis dixit.

Quincunces & semisses bessemque bibamus.

Cauis ut fiat iulius & proculus.

Vitruvius quoque libro quinto bessalibus inquit latercu-  
lis pilae struatur. Sed de poculo bessali cū loquitur poeta  
refertur ad uncias librae. Vitruvius tamen lateres bessa-  
les intelligit: qui habet octo pedis uncias hoc est duos trien-  
tes. Columela uero li. vi. In agrorum dimitione pro duo-  
bus iugeri trientibus accipit.

Cab siue cabus in forma declinabili inter hebraeos quorum  
hæc particula est: non satis constat: cuiusmodi mensura sit.  
Alii dicunt esse quantum duæ manuum uolæ capiunt.  
Alii quod est pateræ quoddam genus. Alii quod est mo-  
dius: hoc est amphore tertia pars. Quarto Regum uolu-  
mine cap. vi. Facta est inquit famæ magna in samaria: &  
tadiu obfessa est: donec uenidaretur quarta pars cabi scer-  
oris columbarum: quinque argenteis. Quod si cabus est

modius: quarta illius par serit quattuor sextarii.  
Cadus mensura erat tantæ capacitatæ quanta est amphoræ  
italicæ ut auctor est Pollux qui ad hoc comprobandum  
cit philochorū. Amphora uero attica aliquanto ampli  
or est nostra. Priscianus. Attica præterea dicenda est am-  
phora nobis siue cadus. Lucas. xvi. Quatuor inquit debes  
domino meo. at ille dixit: centum cados olei. Est alioque ca-  
dus uinariū uas certæ cuicudam capacitatæ: ut apud Ver-  
giliū Vina bonus quæ deinde cadis onerarat acestes.  
Ceturia apud antiquos centū iugerib⁹ impletat⁹ unde dicta  
est. Postea uero duplicita priscū nomē retinuit. Autores  
sunt Varro de lingua latīna & columela de agriculturā li. vi.  
Ceramium a græcis dicitur quæ sit amphora siue metretæ  
latini uero quadrantal. Est alioqui ceramion uas fictile:  
aut figlina id est officina ubi uasa fictilia finguntur.  
Chœnix mensura est capiēs sextarios quattuor. Priscianus.

Heminas recipit geminas sextari⁹ unus. Qui quater assu-  
ptus fit graio noīe chœnix. Erit igit⁹ chœnix duodecima  
pars amphoræ. Chœnices uero tres impletut mensuram  
quæ ab hebraeis dicitur gomor. Hieronymus de hebraeis  
nomīnibus.

Gomor inquit est mensura attico & chœnicū triū. Galenus  
in pri. decameridon sursum inquit chœnicis dimidiū: uti  
tur eadē mensura & aliis in locis. Meminit & Plutarch⁹ in  
numa sup chœnicem inquit non sedendum.

Chus mensura est continens sextarios sex: qui & cōgius dicitur  
Priscianus de sextario. Qui quaf assumpt⁹ fit graio noīe  
chœnix. Adde duos chus fit: uulgo qui est cōgius unus.

Cyane est pars tertia eius mensuræ quā uocant mystrū. At. quī mystrum cyathī pars est quarta. Cyathus uero cotylē pars sexta. Cotyla rursus dimidium sextarii. Sextarius xliii. pars amphoræ.

Cyathus quēadmodū statim dixim⁹ sexta pars est cotylæ siue heminæ: hoc est sextarii duodecima. Plini⁹ in calce primi & uigesimi uoluminis. cyathus inquit pse pédet drachmas decē. sed cū sub eiusdē uasis inanitate contēta non idem habeat pond⁹ etiā si eiusdem generis sint: ex Plinia. na descriptione nō potest cōstare nobis quantū cyath⁹ capiat. Cōmodiusq; id Priscian⁹ tradit. At cotyle cyathos bis ternos una receptat. Iā uero cotyla eadē est quē hemina hoc ē sextarii dimidiū. Cyathī uero mensura utit⁹ Galenus frequēter & alii complures.

Cochlear. siue cochleare mēsura est sed nō certe cuiusdā capacitatis. non tamē aligula quam pharmacopolæ spathulā uocant multū distas; nisi quod aliquāto uideſt esse minor ex Martialis carmine lib. viii. Quid tibi cū phiala ligulā cum mittere possis. Mittere cū possis uel cochleare mihi. Plini⁹ libro. xxvi. Plantago inquit mane sumpta ligulis duabus siue cochlearibus. Cellus cochleare plenū delinguatur.

Congius quemadmodum diximus in uerbo chus mensura est: quæ capit sextarios sex hoc est partē amphoræ octam. Plinius libro. xiiii. de quodam potore maximo q; ebibit tres cōgios uno impetu ne putet eē minimū quod potauit illa apud Iuuenalē mulier. Sextarius inquit alter ducit ante cibū rapidam facturus orexim.

Corus qui ab hebreis dicitur cor triginta modijs impletur. Nā pro eo Hieronym⁹ in Esaia cap. v. triginta modijs interpretatus est. Continetq; ephī decē: totidēq; batos. nā corus quēadmodū in iezeciele legimus mēsura communis est aridoꝝ & líquidoꝝ. cū ephī aridoꝝ sit tantū batus uero líquidoꝝ. Continet aut̄ corus sexaginta sata. satum uero sexaginta ouoꝝ putamina. Huius quoq; mensuræ Lucas meminīt cap. xvi. cētum inquit coros tritici. ait illiac cipe litteras tuas & scribe octoginta.

Cotyla quēhemina etiā cognominatur. Priscianus.

At cotylas quas si placeat dixisse licebit

Heminas recipit geminas sextarius unus.

Sextariū uero quadragesimam octauam amphoræ partē esse dictum est & suo loco dicetur.

Cubitū constat sesquipede hoc est digitis uiginti quattuor: Potest dici cubit⁹ genere masculino Hieronymo auctore. Scribit nanq; in illud iezcelis cap. xl. inter thalamos quinq; cubitos. illud inquit me semel monuisse sufficiat nosse me cubitū & cubita neutrali genere appellari sed pro facilitate intelligētiae uulgarīq; cōsuetudine ponere cubitum genere masculino. Est & cubitū regium trib⁹ digitis maius hoc est digitoꝝ septē & uiginti. Autor est Herodot⁹ libro pri. Est & cubitū ægyptium de quo Augustin⁹ de ci. libro. xv. Apud ægyptios inqt geometras unū cubitum quātum sex nostra ualere asseuerant.

Culle⁹ uteſ ex boue uiginti amphoris implet⁹. de quo Priscianus. Est & bis decies quē cōficit amphora nostra Culleus hac nulla maior est mensura liquoris. Varro de re ru-

stica. argis iugē unum denos q̄nos culleos fert. Plini⁹ libro. xiiii. Septenos culleos singula iugera hoc est cētenas quadragenās īq̄t amphoras musti. Culleo īsuebant pā ricidæ in digestis ad legem pompeiam de paricidis. l. pœna. luuenalis. Nec serpens unus nec culleus unus.

Decēpeda ptica erat decē pedum qua mensores utebant ad dimetiēdos agros. Horatius nulla decēpedis metata priuatis opaca porticus excipiebat arcton. hīc decēpedator qui decempeda metit agros. Cicero ī philippicis. agri inquit priuati & publici decempedor.

Decuns siue decuncis idē est quod dextās; sed decuns dicit quod decē cōtineat alicui⁹ solidæ magnitudinis uncias. dextās uero quod ab asse sit dēptus sextans. Priscian⁹. At si sextātem retrahas erit ille decuncis.

Deuns ut diximus cōtinet uncias undecim dicit⁹ quasi dempta uncia ex asse non modo ī nūeris sed ī magnitudinib⁹ quoq; ut ī iugeri dīmēsiōe apud Columelā lib. vi.

Dextans qui Prisciano dicit⁹ decuncis decem continct uncias in quantitate continua siue discreta quēadmodum ī reliq⁹ partibus assis dictum est & dicitur.

Digitus sextadecima pars est pedis; sed īp̄ius dīgitī non sim pleō est obseruatō. nā ali⁹ uocat quadrat⁹ ali⁹ rotund⁹. in q̄drato obscruat⁹ unū ē q̄ttuor laterib⁹ in rotundo dia metr⁹; quo aquaꝝ saliētū moduli mēsurant̄. frōtinus de aquaꝝ ductib⁹; aquaꝝ inquit moduli aut ad dīgitōꝝ aut ad unciaꝝ mēsuram instituti sunt. Paul⁹ libro. viii. dīge stōꝝ de scrūtitutib⁹ rūsticoꝝ p̄dīoꝝ. l. titiūs digitum ī qnit tibi doño aquaꝝ. Accursi⁹ satis īnepte p̄ aquaꝝ dīgi

*Ab initio p̄tūz latīnā titiū*

tu m̄ intelligit quātūm fluit p̄ dīgitūm statuꝝ.

Dīaul⁹ ē mēsura duor̄ stadioꝝ. Vītruuī⁹ lī.v. ī palæstris peristylia q̄drara siue oblōga ita sunt faciēda ut duor̄ stadioꝝ habeāt ambulationis cīrcuītionē: quā graci uocant dīaulō. Vnde dīaulodromi dīcti: q̄ cū ad metā puenerint flectētes eo rūrsus recurrebāt unde cursus inierant.

Dodrās dicit⁹ nouē ptes libræ siue assis. & ī iugere eadē ē obseruatō. Est & dodrās pedis nouē uncie hoc ē spīthama Vñ Plini. li. vii. de pygmeis spīthameis qui ternas īq̄t spīthamas lōgitudine idest ternos dodrantes non excedunt. Idē libro. viiij. Maximi belluæ dētes dodrātium mēsura minimi semipedum.

Dolichos mēsura erat stadioꝝ duodecim unde dolichodro mī dīcti qui sexies stadium cīrcuībant aut duodecim stādia currebant.

Doron inquit Vītruuī⁹ antiqui uocabāt palmū hoc est quat tuor dīgitōꝝ palæsten. unde lateres tetradori & pētadori idest quaternoꝝ aut qnoꝝ palmoꝝ Vītruuio & Plinio.

Ephi siue ut hebrei dicunt epha quoniā ī fine habet cames subiectum phi. eiusdem est capacitat̄is cuius est batus. ni si quod batus est līquidorum mēsura epha uero aridōrum. Iezecielis capi. xly. Ephī & batus æqualia & unius mēsurae erunt: ut capiat decimam partem cori batus: & decimam partem conephī. Hieronymus in illud Eſaiæ cap. v. Triginta modii ſementis faciunt modios tres. trīginta inquit modii idest corus faciet epha. quod septuaginta interpretati ſunt tres mēſuras idest tres modios. In libro quoq; ruth cap. ii. Inuenit inquit ordei quāſi ephī

mēsuram quod oēs tres etiā modios interprētātūt. Erit  
igitur eiusdē capacitatēs cui⁹ est amphora: quandoquī  
dem amphorā tres modij implēt: aut duo modij attici q  
ab illis dicūtur medimni de qbus in suo loco dicem⁹.

Funis quia grecis dicit⁹ schœnos continet duas parasangas  
Hoc est sexaginta stadia. huius mēsure meminerūt frequē  
ter litteræ sacræ. Ut in psalmo. xv. Funes ceciderūt mihi  
in præclaris. nā pro mensura eo in loco accipi debet. quē  
admodut⁹ & funiculus compluribus alijs in locis. ab he  
bræis hæc mensura chebel appellatur.

Gomor mēsura ē in sacris litteris q̄ iussit dñs in exodo cap.  
xyj. Filios israel metiri cibum illū celestē quo pluerat in  
ufus filior̄ israel. Erat autē gomor decima pars ephi: ut  
ibidem legitur. Hieronym⁹ de noīb⁹ hebraicis: gomor  
inquit est mēsura attī cor & chœnicū trium. Chœnix autē  
quēadmodū suo in loco dixim⁹ duodecima pars est am  
phoræ. Igitur gomor est quarta pars amphoræ: quō igit⁹  
cōstare potest quod dixim⁹ ephi eiusdē prope quātiratis  
eē cui⁹ est amphora: nīsi subsit haꝝ mensuraꝝ uarietas  
quæ non sit notata ab autotib⁹.

Gressus cōtinet duos pedes cū dimiduo hoc est dimidium  
passus: qui pedes habet quīq;. ut inter uestigium pedis præ  
cedētis & sequētis intersit cubitum.

Hemina dimidiū sextarij cōtinet: unde Priscian⁹. heminas  
recipit geminas sextari⁹ unus. Geli⁹ libro. iiij. Si ex sexta  
rio inquit hemina fusa est. dicta hemina ab hemis quod ē  
semis. quia ut dixim⁹ sextarij dimidium continet. eadem  
est cotyla.

Intinctus acetia Plínio plerumq; uertit⁹ qui a græcis oxyba  
phus appellatur: continetq; heminæ quartam partem ut  
in uerbo acetabulum diximus.

Iugerum soli spaciū est habens longitudinis ducētos qua  
draginta pedes: latitudinis centum uiginti hoc est duos  
actus quadratos: unde ab illo iunctu Columela uult iu  
gerum esse dictum. Neq; sub illa tātum figura iugerum  
appellatur: sed omnis area quæ cōpleteatur uiginti octo  
mille pedes quadratos iugerum appellari potest: qui nu  
merus colligitur si ducas centū uiginti pedes longitudi  
nis per ducentos quadraginta latitudinis.

Ligula mensura est eadem fere quæ cochleare aut paulo ma  
iuscula. Hāc nostri temporis pharmacopœiæ spathulam  
uocant: ut in uerbo cocblear diximus. utitur ea mensura  
frequenter Plinius. dicta est autē ligula quod sit quasi lin  
gula expuncta. n. littera ut in plærisc⁹. Martialis in disti  
cho cuius lema est Ligula.

Quāuis me ligulam dicante equitesq; patresq;.  
Dicor ab indoctis lingula grāmaticis.

Medimnū est amphoræ dimidium. Priscianus. Huius dimi  
dium fertur uelut ipsa medimnū amphora. Cornelius ne  
pos in attici uita modius inquit latīne athenis medimnū  
dicitur. Est & medimnū maius quod continet modios se  
ptem de quo Cicerō quīnta in uerrem actione. In iugere  
leontini agri medimnū fere tritici seritur æquali ac ppe  
tua satione. & infra medimnos nonaginta hoc est modios  
sexcentos.

Metreta eadem est quæ amphora. quæ ceramīū. quæ latīne

quadrantal. Plautus in milite. Ea pecunia quæ metretas trecentas tolleret parasse. Ioannes quoq; in euāgelio cap. ii. Erat inquit ibi hydriæ capientes singulæ metretas binas uel ternas.

Miliarium hoc est mille passus cōtinetur octo stadiis. Sed græci magis utūtūr stadiorum numero; latini miliario- rum. Illud est animaduersum a me sēpe in uia illa quam supra uocauimus argéteam; quattuor miliaria de qbus tam multa locutī sumus explerē leugam.

Mystrum quēadmodum Priscianus ait cyathī quarta pars est. Atqui cyathus ut suo loco dixim⁹ cotylæ siue hemi næ sexta pars est.

Modius tertia pars est amphoræ dicente Prisciano.

Amphora terç capit modium sextarius istum. Sexdecies capit. Quod si recte Cornelius Celsus medimnū ex græco in modium uertit; fieri potest; ut quod de palmo dicē dum; quod alius est maior; ali⁹ minor; idem & de modio dicatur. Ut quod Columela lib. ii. scribit iugerum agri pinguis modios tritici quartuor postulat; de maiori mo dio intelligatur.

Orgyia sex pedum comp̄ectitur spaciūm. Herodotus li. ii. ubi de labyrintho iuste inquit orgyie centum implēt sta diū. Suidas orgyiam interpretatur quātum inter brachia manusq; expassas continetur hoc est ulnā. Theodorus ex Aristotele i passum uertit. hoc est uno pede min⁹: cū pas sus quinque pateat pedes. Laurentius ex herodoto tres passus orgyiam interpretatur; sed recte an perperam; ip̄e uiderit.

Oxybaph⁹ a græcis dict⁹: quē Plini⁹ aliquādo intinctū a cēti interptat: ut sit uerbū ex uerbo. nā oxy est acetū & bapto intinguo. Usitati⁹ tamē a latini dicit⁹ acetabulū: ut in suo loco dictum est. Græci tum pro mensura tūm pro pondere accipiunt. Galenus in pri. decamcrid. adde hyoscyami contriti oxybaphum. Priscianus de cotyla. Bis qn que faciunt drachmæ si appendere uelis. Oxybaphus si et si qnīque addātur ad istas. Continet autem oxybaph⁹ heminæ quartam partem; quādo synonyma sunt oxybaphus intinctus acetī & acetabulum.

Passus a passis diuariatisq; pedibus dicitur: constat pedib⁹ <sup>idem dicit teſt. m. l. 4. ne. 13.</sup> quinq; siue duobus bematis <sup>m. l. 4. ne. 13.</sup> hoc est gressibus. gressus <sup>a p. v. vbi p. v.</sup> nanq; ut diximus duos pedes cum dimidio complectitur <sup>vñituz passus</sup> hoc est uestigium & cubitum. <sup>pedis mesura.</sup>

Palestes mensura est quattuor dīgorum: qui ab antiquissimis græcorum doron appellabatur. Hieronym⁹ in illud iezecielis cap. xl. In manu uiri calamus mensuræ sex cubito rū & palmi. septuaginta palesten inquit pro palmo posuerūt: qui græce rectius dicit palestes: & est sexta pars cubiti. Porro palesten palmū appellare consueuerūt. Quod si palestes sexta pars ē cubiti; cubitum autem sesquipedē continet: manifestum est partem sextam cubiti esse palesten hoc est dīgitos quattuor. Hermolaus in Plinium libro. vii. Sūt inquit sex palestæ sex spithamæ: hoc ē semidodrātes. Semidodrans autem quattuor pedis uncias cū dimidia complectitur. hoc ē sex fere dīgitos. sed superior ratio magis est constans.

Palm⁹ duplicit accipit apud latinos & spithama q; potest  
b. ii

appellari palm<sup>9</sup> maior & p paleste; q pōt appellari palm<sup>9</sup> minor i hoc posteriore significatu accipit i sacrī līris ut i primo regum uolumine de Golia scribitur quod erat al titudo sex cubitorum & palmi hoc ē uiginti dīgitis minor achille quem lycophron heptaechyn uocat; id est se pticubitale, & in iezieciele: ut in uerbo palestes dixim<sup>9</sup>

Palmus maior est qui a Plinio dodrans id est nouem uncie a græcis spithama dicitur.

Parasanga ut Herodotus libro.ii. tradit complectitur triga nta stadia. Strabo tamē libro.xi. persicū inquit parasangam alii sexaginta stadioruū fecere; alii trecētorum quadraginta. Festus māsionem tñ esse dicit: quæ græcæ dicitur stathmos.

Pechys cubitum interptatur: & est mensura quattuor & uiginti digitorum hoc est sesquipedis. nam cubitū quattuor dīgitis minus pygona græcis dicitur. lege in uerbo pygon.

Pes: qui metitur omnia commēsurabilia in quocunq; gene re sint posita: non potest aliunde monstrari quantus sit: cum ipsum sit primū: quo reliqua eiusdem generis men surari debeut. de cuius legitima quantitate satis multa in superioribus dictum est.

Pygon interptatur cubitum. sed cum pro mēsura accipitur dīgitis uiginti constat hoc est quattuor minus q; pechys. Hoc est ab ipo cubiti ancone ad secundum minimi dīgitī articulum: cum pechys ad impudici summitatem exten datur: a pygone sunt q dīcant pygmeos cognom inatos.

Porca quēadmodū libro.vi. de re ru. Columela scribit area

complectitur longitudinis centum uiginti pedum latitu dinis uero triginta. Hanc inquit a gallis candelū uocari. Alias porca dicit cū inter duos late distantes sulcos medi us cumulus siccām sedem frumētis præbet: dicta porca quod aquas porcat id est porro arceat: siue ut Varro putat quod frumentum porrigit.

Quadrans quarta pars est assis siue cuiuscunq; alterius soli di. puta pedis. iugeri. horæ. diei. anni. ut si dixeris quod annus constat ex tercētum septaginta quinque diebus & quadrante. id est ex sex horis. Columela libro.vi. In iuge re quadrans. i. quarta pars in quo scrupula septuaginta duo hoc eī pedes quadrati septingenti uiginti.

Quadrantal inqt fest⁹ antiquo uocabat amphorā. quod uas per dis quadrati quoquo uersus sextari⁹ octo & quadraginta cōplectif. Plautus in Curguli. Anus hæc sitit. capit quadrantal. dicit etiā græce metreta & ceramion. In alia significatione quadrantal est figura cubica.

Quincuns nō modo significat quinque assis: uerum etiam uas quinque uini uncias capiens. Martialis qncunces & semisses bessemq; bibanus. Caius ut fiat Julius & Proculus. Jugeri quoq; unciae quinque dicitur qncuns: in quo sunt scrupula centum uiginti. pedes quadrati duo decim mille

Satū quod hebraice dicit seth: cōtinet ut ipi dicūt sexaginta ouoꝝ putamina. Cor⁹ uero sexagita fata. Hieronym⁹ in illud Matthei.xiii. Fermētū abscondit in farinæ trib⁹ satis. Satū inqt gen⁹ est mēsuræ iuxta morē puinciaꝝ palæ stine sesquimodiū continens. Idem in illud geneseos cap:

xxiiii. Tria sata simila cōmisce. tria sata inquit id est tres amphoras. Ergo hieronymus non constat libi: cū in priori loco simplū in posteriori duplum posuerit.

Schœnos quod funis interptat quēadmodū in superiorib⁹ dictū ē duas cōtinet parasangas. dicit aut̄ schœnos id est funis quia hoc genere mensuræ utebantur itineris mēsures. Vt tuntur hac mensura Herodotus & Solinus.

Scrupuloꝝ usus nō solū reperit ipōderib⁹ sed etiā in mēsures. Varro de re rustica. iugeri inqt ps minima dicit̄ scrupulū. id est decem pedes longitudinis & latitudinis totidē ut sint in scrupulo pedes quadrati centum. Estq; uigesima pars unciae.

Semiiugerum est iugeri dimidiū in quo sunt scrupula centum uiginti q̄tuor. id est pedes quadrati quattuordecim mille quadringtoniti.

Semodius est semis mōdii. Varro de lingua latina: se inquit ualeat dimidiū. ut in semodio. selibra semuncia. Iuuenalī Semodio scobis hæc emundet seruulus unus. Martialis semodius que fabæ cum uimine pīcenarum.

Semūcia id est dimidiū unciae etiā in iis dicit̄ quæ nō cōstant pōdere. ut hora. Plini⁹ lib. ii. Lunā dicit lucere dodrātes & semuncias horaꝝ. Et iugeri semiuncia Columela dicit cōtinere scrupula duodecim hoc ē pedes q̄dratos. M. cc.

Septuns est cuiuslibet solidi pars dimidia & duodecima. Columela iugeri septuncem cōtinere dicit scrupula centū sexaginta hoc ē pedes q̄dratos sedecim mille octingētos. Sescuncia etiam in magnitudinibus continet unciam cū dimidio. Plinius libro. xxxvi, Fastigium seruari in pedes de-

nos & sescunciam. Idē libro. xiii. Tota inquit mensa crastinudine sescunciali.

Sextans pars est sexta cuiuslibet solidi. Vnde Columela sextā tem iugeri dicit cōtinere quadragīta octo scrupula; id est pādes quadratos quattuor mille octingentos.

Sextarius est quadragesima octaua pars amphoræ. festus in uerbo quadrantal. Amphora inqt pedis quadrati octo & quadringēta sextarios capit. Priscianus quoq; Amphora terq; capit modiū sextarius istū Sexdecies haurit.

Sextula inquit Varro dicta est quod sit sexta pars unciae. Iugeri uero sextula ut scribit Columela continet scrupula quattuor hoc est pedes quadratos quadringtonitos.

Sicilicus dicitur qui cōtinet scrupula sex; dictus sicilicus uat fest⁹. quod fecet dimidiū semuncia. In agri iugere cōpleteatur pedes quadratos sexcētos. Est quoq; sicilic⁹ pedis quadragesima octaua ps. Plini⁹ lib. xiii. Mēsam q̄ttuor pedes sextāte & sicilico excedentem. dicit̄ quoq; sicil⁹ per abscisionē. Idem Plinius in eodē libro. Tribus inquit sicilis infra quattuor pedes. In sacrī litteris siclus dicit̄: qui appēdit uiginti obolos. ut in leuitico & numerorum libro & Iezeciele legitur.

Spithama est pedis dodrās hoc ē palm⁹ maior. unde & Plinius lib. vii. Pygmeos spithamcos putat esse dictos quod essent altitudinis triū spithamarꝝ. i. ternos palmorum.

Stadiū siue stadi⁹ nā utroq; modo legit̄: cōtinet cētū uiginti q̄nque passus: estq; octaua milliarii ps: nā octo stadia cōficiūt millatiū. Apud Gelliū in ipso statim initio noctiū atūcarum stadium olympicum quod Hercules metat⁹ est

suis passibus ducentorum fuisse pedum legitur: sed nescio an fuerit uicum librariorum: cum apud autores omnes costet centu*m* uigintiquinque passus implere stadiu*m*.

Stathmos cotinet octo & uigiti milia: interpretaturq*e* m*as* i*o*s: & est iter un*u* diei. In sacris l*is* m*esi*o*n* ille filio*z* israel q*b* i*o* castram*et*ati sunt in deserto gr*ec*e stathmi quo*z* dicut*e*.

Status siue statura ut inquit Victorinus qui de limitibus & mensuris scripsit: est altitudo cuiusq*e* su*a*: sed cum sim pliciter status dicitur: de mediocri debemus intelligere quemadmodum & de pede.

Triens est cuiuscun*z* solidi pars tertia. Columela iuger*i* tri*e* tem continere dicit nonaginta sex scrupula: hoc est pedes quadratos nouem mille sex centos. Ipius pr*et*erea pedis tertia pars dicitur triens.

Vlna qu*u* admodu*m* Serui*z* gr*am*atic*z* i*ll* illud Vergili*z* tris partat coeli spaci*m* no*n* ampli*z* ulnas: vlna inq*t*e spaci*m* quantum utraq*z* man*u* extend*t* dicta ab olenis. i. brachiis. Idem i*ll* illud Vergili*z* tertio geor. Septeq*z* assurgit in ulnas semper hyems: dicit magis placere sibi e*st* cubitu*m*. Cui Sueto nius astipulat. Plini*z* tam*e* lib. xvi. Totu*m* complexu*m* brachi oru*m* eo nomine significari opinat*e*. Arboris inq*t* crassitu*m* do quattuor hominu*m* ulnas complectenti*m* implebat.

Vncia duodecima pars est assis siue cuiuscun*z* solidi unde & uasorum capacitas uncii distinguebat & pes ipse omniu*m* mensurar*m* mensura in duodecim uncias diuisus est: que admodum in digitos sexdecim.

H*ec* habui*m* iucundissime auditor: quae de m*es*uris poss*e* dice*re*; & nisi for*e* spaci*m* exclusus inq*s* no*n* nihil habeb*a* quod

de ponderibus & m*es*uris pr*et*er aliorum opinion*e* disserem: cu*m* pr*esertim* affectiones qu*u*dam sint utri*q* disputationi communes. N*am* quod pl*et*ri*z* mensuras ad pondera & pondera ad mensuras reducere conantur: id frequenter nos decipit: cum sub eadem uasis capacitatem alia res alia duplo at*q* etiam triplo propendeat. Ne*q* id solu*m* in reb*z* diuersorum generum: sed etiam in eadem specie. Quis enim nescit quod in genere tritici robus trimestri pr*ep*oderet: at*q* trimestre rursus diligine. at*q* adhuc robus i*p*e in terra a multis annis proscissa multo grauior in exoeta leuior proueniat? Sed libet mihi hanc de mensuris disputationem eo fine concludere quo Priscianus i*p*e cum de re ageret opus suum absolu*m*.

H*ec* de mensuris: quarum si signa requiri*m*.

Ex i*p*is ueterum poteris cognoscere libris.

Sed ne du*æ* pagelle que supersunt ex hoc ternione perirent: libuit apponere Archimedis per q*u* subtile inuertu*m*: quo deprehendit in auro suberato coelatorum fulta.

Ex vitruio libro. ix.

Quomodo portio argenti auro mixta in integro ope*re* deprehendi discerniq*z* possit.

 Rcbimedi*z* uero cum multa miranda inueta & uaria fuerint ex omnib*z* & infinita solertia: id quod exponam uide*re* esse expressum unu*m*. Hiero enim Syracusis auctus regia potestate rebus be-

ne gestis cum auream coronam uotiuam; diuis immortalibus quodam in fano constituisset ponendam manu pre-  
cio locauit faciendam; & aurum ad saconicum appendit  
redemptoris ad tempus opus manu factum subtiliter re-  
gi approbauit. & ad saconicum pondus coronae usus est  
præstissee. Posteaq; iudicium est factum: depto auro tan-  
tudem argenti in id coronarium opus admixtum est. In-  
dignatus Hiero se contéptum esse: neque inueniens qua-  
ratione id furtum deprehéderet rogauit Archimeden uti  
in se sumeret sibi de eo cogitatiōem. Tunc is cum habe-  
ret eius rei curam; casu uenit in balneum: ibiq; cum in so-  
lium descenderet: animaduertit quantum corporis sui in  
eo insideret: tātum aquæ extra solitum effluere. itaque cū  
eius rei rationem explicationis offendisset: non est mora-  
tus: sed exiluit gaudio motus de solio: & nud⁹ uadēs do-  
mum uerbis significabat clara uoce inuenisse quod quæ-  
reret. Nam currens intētidem græce clamabat eurica. tū  
uero ex eo inuentionis ingressu duas dicitur fecisse mas-  
fas æquo pondere: quo etiam fuerat corona: unam ex au-  
ro; & alteram ex argēto. cum ita fecisset: uas ampliuit ad  
summa labra impleuit aquæ: i quo dimisit argenteā mas-  
sam. cuius quanta magnitudo in uase depressa est: tātum  
aquæ effluxit. ita exempta massa: quanto minus factum  
fuerat: refudit. sextario mensus est: ut eodem modo quo pri-  
us fuerat: ad labra æquaretur. ita ex eo inuenit quantum  
ad certum pondus argenti ad certam aquæ mensurā re-  
sponderet. cum id expertus esset: tum auream massam si-  
militer pleno uase dimisit; & ea exempta eadem ratione

mēnsura addita inuenit ex aqua tanto minore: quanto mi-  
nus magno corpore eodem pondere auræ massa esset q; ar-  
genti. Postea uero replete uase in eadem aqua ī p; corona  
dimissa: inuenit plus aquæ defluxisse in coronam argente-  
am q; in auream eodem pondere massam: & ita ex eo q; fue-  
rit plus aquæ in corona q; in massa ratiocinatus deprehē-  
dit argentī in auro mixtionem: & manifestū furtum re-  
demptoris.


Hanc repetitionem dixit Antonius nebrissem. historiogra-  
phus regius & cathedralius rhetorices in salmanticensi  
gymnasio Ad tertium idus Iunias anno salutis Christianæ  
M.d.x. Rectore scholarum Francisco Salmaticensi eius-  
de ciuitatis ecclesiæ portionario & xantho a castella scho-  
lastico morumq; censore ac magistro.


Laus deo.

in oīne pīkīn omātūpīkīn. tīl. tīl. tīl.  
ta pīkīn. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl.  
tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl.  
tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl.  
tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl.

ampōtīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl.  
tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl.  
tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl.  
tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl.  
tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl. tīl.

ampōtīl.





longitud claramente

Amonerez y anotherez  
natural es rada de la  
moiz y narez. sembraz y aser  
es rial porfia.  
ventre y uer y alcanga buena muger  
de dios es soberanía.  
In questi te rupo en parte  
roelo co sotul arte.

Tarago aunque times

